



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. II. Ad cap. 1. & 2. de aetat. & qualit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

14. *Synodi VI. in Trullo. can. II. Synodi Neō-Cæsariensis, can. 17. Synodi Agathensis.* Justinianus Nov. 123. c. 13. triginta quinque annos requirit. Apud Judæos in initiandis sacerdotibus ætas triginta annorum desiderabatur. *Numer. c. 4. v. 3. Et 1. Chron. 23. v. 3.* ubi pro viginti Hebraica lectio triginta habet, & rectè, ut & Chaldaica paraphrasis. Postea viginti annorum numerus à Davide præscriptus fuit. *d. cap. 23. v. 27. Et 2. Chron. 31. v. 17.* In Diaconis &c Subdiaconis olim XXV. annus exigebatur, hodie vigesimus tertius & vigesimus secundus. *c. Generalem h. t. in 6.* Sanè in beneficiis curam animarum non habentibus, quales sunt Canonicatus Ecclesiastum Cathedralium, facilius dispensatur. *cap. un. in 6. h. t.* nisi annexum habeant ordinem Presbyteri, Diaconi vel Subdiaconi, quorum dispensatio summo Pontifici reservatur. Evidem in *Concilio Tridentino omnibus Ecclesiastum Cathedralium Canonis ordo sacer injunctus fuit;* sed id communiter non observatur, quoties ab ordinariis Canonicatus conferuntur. *Conferre nova jure.* enim solent decimum quartum ætatis annum ingressis. *Gloss. in cap. si eo tempore de Rescript. in 6.* ut vocem tamen non habeat in Capitulo, donec ad Subdiaconatum pervenerit. *Clement. c. ult. b. t.* Porro beneficia merè simplicia in septennio conferuntur jure communi: sed concilium Tridentinum annum decimum quartum postulat. Denique multa aliter sanciuntur Concilio isto, quam antiquis canonibus erat cautum. *Vid sess. 7. c. 2. sess. 22. c. 2. sess. 23. sess. 24. c. 12. sess. 25. c. 7.*

C A P. I I.

Ad cap. 1. & 2. de ætat. & qualit.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Unde cap. 1. h. t. desumptum.</i> | 4. <i>Ad cap. 2. h. t.</i> |
| 2. <i>Hoc capitulum ex Baronio exhibetur.</i> | 5. <i>Pro Cistrensi, legendum; Ci-</i>
<i>cestrensi.</i> |
| 3. <i>Quomodo in primâ compila-</i>
<i>tione habeat.</i> | |

A 2

Ca-

Cap. i. unde?

4

Occasione
Philippi

Capitulum primum desumtum ex concilio Pictaviensi se-
cundō tempore Paschalis II. anno Domini 1100. celebrato.
In causa Philippi Francorum Regis ad pellicem Bertradam
redeuntis. Vid. Baronius ad ann. 1100. n. 19. & seqq. ubi
Fruncor. R. idem Baronius canones hoc concilio constitutos ex Vaticano Coi-
dice refert. Capitulum nostrum ibi ita conceptum habetur: Ut
Abbates, Decani, qui Presbyteri non sunt, Presbyteri siant, aut præ-
lationes amittant. Qui Archidiaconatus tenent, Diaconi siant, qui
Presbyteratus, Presbyteri siant, aut honores amittant. Quod si ali-
qui, justâ causâ prohibente, Presbyteri aut Diaconi esse non possint,
prælationes amittant. In primâ compilatione ita legitur: Ut
Abbates & Decani & Præpositi q. l. n. s. l. f. a. p. a. Raymundus o-
misit verba; aut prælationes amittant, quæ in prima compilatione
habentur, ut & Hostiensis & Contius observarunt. Verba; qui
verò Archipresbyteratus, Presbyteri siant: in veteri Gregoriano
non fuisse: sed postea hoc modo adscripta: Qui verò archi-
presbyteratus, presbyteri, verbum, siant, adjecit Contius, quod suis
in libris non fuisse, refert Ant. Augustinus. Unde & in Raymunda
nâ alio minore charactere id verbi pingitur. De Pictavio vid.
Eclogam II. c. 15. In capit. 2. rescritit Alexander III. Cantuariensi
Archiepiscopo de Episcopo Conventrensi. Gregoriani Censo-
res notant, ceu variam lectionem, alias Eboracensi haberi. In
Bibliothecæ Salanæ MStis nil tale. Denique nec ratio admittit.
Ecclesia enim Conventrensis Cantuariensi Archiepiscopo subest,
& nihil cùm Eboracensi Archiepiscopo rei habet. Cui ut Archi-
episcopo ipsi, nec erat, quod mandaretur à Cantuariensi. Porrò
& hoc notant Gregoriani; pro Archidiacono Cistrensi, legi alibi
Cistrensi. Sed vera lectio est Cicestrensi, Chichester. In versicu-
lo: Mandamus &c. ita habetur in compilatione primâ: quatenus prædictum Episcopum super his vivâ increpatione corripias & ca-
stiges: quæ Raymundo omissa. Item ante verbum, Committas,
inserta sunt: omni occasione & appellatione cessante, itidem à Ray-
mundo neglecta. In versic. Quod si secus, pro debitam pñnam, le-
gi debet cum Barcinonensi, pñnitentiam.

C A P.